Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De modis suscipiendi hoc sacram, & defectibus ac nominibus cap. 29. & 30.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

ſunt, niſi poſt pœnitentiam.

De modis ſuſcipiendi hoc Sacramentum, & defectibus, ac nominib. C.29. & 30.

QVatuor ſunt ſacramentum Euchariſtiæ ſuſcipiẽdi modi. *Primus in figura, quẽ ad modũ priſci illi patres veteris teſtamenti. *ſecundus ſpiritualiter tantum, vt qui deſiderio & voto. *Tertius, ſacramentaliter tantum, vt cum quis imparatus ſpecies ſacramentales ſuſcipit. * Quartus, ſacramentaliter, & ſpiritualiter ſimul, vti ſacramentum dignè ſuſcipientes. Effectus quatuor, *primus effectus eſt, gratiæ infuſio cũ virtutibus & donis, qua quidem gratia interdum remittitur p. m. vt in confeſſo qui tamen nec dum ſua culpa, vel quouis alio defectu recepit gratiam, melius verò poſtea diſponitur, vel in eo, qui vr-

gente neceſſitate attritus, communicauit, putans ſe contritum.* Secundus eſt ſpiritualis refectio. *Tertius præſeruatio à peccatis. Quartus eſt, fomitis extinctio ſeu repreſſio. Nomina ſimiliter quatuor huic ſunt Sacramento, primum Euchariſt. id eſt bona gratia, continet enim Chriſtum omnis gratiæ auctorem: Dicitur & ſacrificium, quatenus continet eundem Chriſtum, qui per mortem ſe obtulit hoſtiam patri pro peccatis. Viaticum tertio appellatur, quia ipſo mediante infirmi perueniunt ad montem Oreb. id eſt vitam æternam. Communio demum, ſeu ſynaxis, quia eſt Sacramentum vnionis, in quo Chriſtiani vniuntur. Vocatur etiam ſanctiſſimum ſacramentum *per excellentiam quandam, quam habet inter cætera ſacramenta.